

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo de digna Preparat[i]one cordis pro suscipiendo  
Sacrame[n]to Eucharistie. R. P. Martini Luther  
Augustiniani Vuittenbergensis**

**Luther, Martin**

**[Leipzig], [1518]**

**VD16 L 5976**

Corollarium Primum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33409**

ut B. Aug. Iste cibus nihil equum odit ac saturum fastidit  
enemque stomachum, nihil ita querit sicut animam esurientem.  
ut ipse quoque dominus Matth. v. Beati qui esuriunt in  
justiam/ quoniam ipsi saturabuntur. Item B. Vit  
go. Esurientes implevit bonis/ et diuites dimisit inanes/  
Et ps. cxi. Quia satiauit animam inanem/ et animam esu-  
rientem satiauit bonis. Bona vero que sunt alia: q̄ ea que  
Gala. xv. recitat apostolus (dicens) Fructus spiritus  
sunt charitas/gaudium/pax/patietia/bonitas/bnignitas  
mansuetudo/fides/longaminitas/modestia/continentia/  
castitas. In his si te sentis desicere/ et genuis/ optasq; illas  
obtinere/securus accede/nusquam enim inuenies illa/mis-  
si in isto sacramento.

¶ Corollarium Primum.

Optima dispositio est non nisi ea/ qua/pessime es dis-  
positus/ Et contra/ Tunc pessime es dispositus/ quando  
es optime dispositus. Quod sic intelligitur. quod quando  
sentis temerarium/ et egenum gratia/ iam eo ipso capax  
es gratie/ et idoneus maxime. Bursus plus q̄ mortem et  
infernum timeas/ ne quando sic accedas ut tibi dispositus  
videaris/ ac dignus quasi allatus Deo cor mundum/ q̄  
potius fuerat tibi querendum et recipiendum/ Stat firma  
et insolubilis sententia. Non est opus medico bene habē-  
tibus/ sed male habentibus. Nam sicut non tunc/ ita  
nec nunc Christus venit vocare iustos/ sed peccatores ad  
penitentiam. Ideo penitentia potius post/ quam antea sa-  
cramentum digne peragitur. Deus tuus est bonorum tuo-  
rum non indigis/ sed bonorum suorum largus in te/ ver-  
nit ad te.

¶ Corollarium Secundum.

Magnus et perniciosus error est/ si quis accedat ad sa-  
cramentum/ ea nixus fiducia/ q̄ confessus sit/ q̄ non sit sit  
bi conscius mortalis peccati/ quod orationes et preparato-  
ria sua premisit. Omnes hindicium sibi manducant et  
bibunt/ quia his omnibus non sunt digni neq; puri/ Im-  
mo per eam fiduciam puritatis peius poluitur/ sunt autē  
puri per fidem/ ut sequitur.

¶ q

*Vit et operas*

*Lectio typica*

*Imtercessio fabri*

*Nota*